



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

lx. Ad tardam aluum deijciendam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

objicito. Vel columbam scindito, eius intestina feruentia dato accipitri edenda.

Ad tardam aluum deijciendam.

ACCIPITREM tardantem eijcere excrementa, scito cruditate laborare. ita illi succurres. Stacten ex vitis palmitibus factam, ex ore tuo in os illius inspirabis, quantam capere poterit; & cum excrementa reddiderit, oui vitellum vnà cum melle sumito, hisque carnem oblitam accipitri præbeto.

Ad tubera pedum.

SI accipiter tubera habet in pedibus, ita ipsum sanabis. Salem cum cochlea terrestri conterito, pedes illius defricato. vel super tuberculū hirundines paulisper imposito, tum postquam hirundines remoueris, vino vetere incalfacto locum foueto. vel hircinum stercus terito, eoque illius pedes oblinito.

Ad vermiculos pinnarum.

ACCIPITREM, cuius pinnæ vermiculis infestantur, sic curabis. scindito calammum, & telam aranei, quam poteris intus inuenire, ex aceto acerrimo terito, in locū, vnde cadunt pinnæ, imposito. Vel sumito sanguinem leporis, & vinum vetus pari